



Christ-eyfriger Seelen-Wecker/ Oder Lehrreiche Predigen

...

Das ist: Lehrreiche Predigen/ Von der Seeligsten Mutter Gottes Maria
unserer lieben Frauen/ auf dero Fest-Täge

Barcia y Zambrana, José de

Augspurg, 1718

Approbatio Reverendissimi. P. F. Augustini de Ocanna, Lectoris Iubilati,
qualificatoris supremi Tribunalis, ejusdémque Congregationum
Examinatoris synodalis Archi-Episcopatus Toletani, Diffinitoris & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76465)



APPROBATIO

Reverendissimi. P. F. Augustini de Ocanna,
Lectoris lublatis, qualificatoris supremi Tribunalis, ejusdemque Con-
gregationum Examinatoris synodalis Archi-Episcopatus Tolletani, Dif-
finitoris & Patris Provinciae Castellanae, Ordinis Minimorum
S. Francisci de Paula.

Vtinam librum hunc, cui titulus: *Christeyffrigen Seelen Weckers*
Mariale, tanto legissem cum profectu, quanta cum voluptate eundem
legi! obediencia quidem Censoris munus mihi injungit; & opus isthoc
non censuræ, sed commendationis dumtaxat capax est. Tenuitas verò mea
desuper nec laudem nec censuram ferre sustinet. Censuram quidem, quia
in opere tam numeris omnibus absoluto id ferè blasphemum, aut saltem
temerarium videtur. Laudem verò, quia exigua calami mei agilitas arduum tam excelsæ
sphaeræ volatum non assequitur, ut adeo injuriam potius ei faceret, quam plausum ciceret.

Cùm verò ingentes Auctoris doctores passim jam notæ sint (uti revera sunt) parum officit
exigua mea doctrina. Nam cui communiter omnes demissa cum veneratione tam jure
merito applaudunt, parum refert, quòd devotio mea par elogium non inveniat.

Est Praclarissimus Dominus Doctor Josephus de Barzia & Zambrana, antehac
Insignis Collegiatae Ecclesiae Sacri Montis Granatensis Canonicus, Sacro-Sanctæ Scripturæ
& Theologiae Scholasticæ Professor, ejusdemque Archi-Episcopus visitator, nunc Sacrae
Ecclesiae Tolletanae, Hispaniarum Metropolitanae Canonicus, Abbas de Sara, nec non Re-
giae Majestatis Concionator.

Doctrina sua, inquit sapiens, noscitur vir (1) & optimus Magister discipulis suis hanc
ipsam materiam in Schola sua prælegebat: (2) arbores generosæ noscuntur ex fructibus.
Doctrina è tor Cathedris instillata, totque ac tam insignibus libris, assiduorum vigiliarum
fructibus comprehensa, æternum, solidum, & Authenticum testimonium præbent ac
prædebant Authori in producendo tam sapido ac utili spiritalis muneris sui fructu genero-
se occupato, ejusdem vigilantia suavis excitatoribus obstinatissimos perverissimosque
mores excitante.

Sed quid mirum, si hæc scripta talia sint, & ad id serviant. Qualia esse, & ad quod
servire debent? vox ad inserviendum conceptui facta est, at hujus voces serviunt ad ra-
pienda aulcantantium corda perorantis ingenio attonita, & ne loca diffusa conqueri aut ex-
cultationem obtendere possent, quòd voces istæ una cum echo desinant, hinc eas prælo
sublicet, ac libris mandat, imitando in hoc Auctorem optimum Deum, qui opera sua lo-
quebatur (3) & quamvis pronunciando verba sint, scribendo tamen opera fiunt. Dulcis
ejus lingua solidus est calamus: (4) quidquid enim è suggestu dicit, animis imprimit. Quàm
prudens æque, ac utile intentum! dolendum sanè foret, si talia verba audirent tantum, nec
æternitati transmitterentur. Ita quidem sentiebat magnus Pater Augustinus (5) id, quod
dicitur auditur quod verò scribitur, videtur. Sonitus ex auribus evanescit, è scriptura
remanet utilitas. Audiant aures, ut cum voluptate percipiant: remaneat oculis, ut om-
nes exinde discant. Communia illius beneficia omnibus pateant, ut omnes utilium illius
commodorum reddantur participes.

Petrarcha prolixis voluminibus suis nil aliud desiderabat, quam posteritatis emolumen-
tum (6) pari ratione Auctoris hujus ambitiosa cura alia non est, quam ut tor scriptis anima
in melius immutentur.

Ex isto, uti & è cæteris excitatoribus ab eo elaboratis, ingens lucrum capiunt fideles, cùm
ejus dicta scriptaque suavia sint ac efficacia.

Suavia quidem, utpote quibus dulcedinem indit veritas bene percepta: non asperita-
te aut pervicacia, sed adeo circumspecta & prudente astutiâ, vel, ut ita dicam, peregrina
vafritie, ut, dum errores dedocet, simul deleatet aut inflammet: dum sanio rem peccatori-
bus mentem ingerit, nullum in labijs amarorem relinquat. Bruta quoque beneficentiâ
manifestant, & Seneca teste (7) benignitate etiã feræ dociles fiunt. De pisce Festen dicto
Ælianus narrat (8) aquas salias in ejus ore dulcescere, atque adeo illius dulcedine ceteros
piscis allici. Quid piscatoris hujus Apostolici industriâ fiet, qui inspidum veritatis amaro-
rem eloquij sui dulcedine condit? quid aliud, quam ut pisces ratione pollentes ad virtutum
rete implendum alliciat?

(1) Prov-
12. 8.
(2) Ex fru-
ctibus co-
rum cog-
nosceris.
eos, Matth.
7. 16.

(3) dico ego
opera mea
psal. 44.
(4) lingua
mea cala-
mus. ib.

(5) quia
quod lin-
gua dici-
tur, sonat &
transit,
quod scri-
bitur, ma-
ner Aug. ib.

(6) Multa
scripsi, si
posteris
profuturus
nil satius.
dial. 44.

(7) Sen. de
benef. c. 3.
officia feræ
sentiunt.

(8) Cælianus
cit. à Gem-
lib. 6.

Approbatio

Hoc condimenti genus in prædicando Sanctus Apostolus Paulus haud dubie expetit, dum sermones gratia & sale conditos tantopere inculcavit: (9) nam cum sale sapidi, sine illo insipidi sunt: & plus efficiunt grata consilia, quam aspera dicta. Homines lenimentis sanantur, adulationibus pessumdantur. Planta quoque, ceu sensu polleant, blando rore conspersa prolifcant, rigidis turbinibus obruta sterilefcunt.

Allicit benignitate, non tenet asperitate nihil sine sapore; cuncta suavitate spirant: ac præterquam, quod maximis Apostolici Operarj occupationibus minimè desit, asperitatem veritatis gratia & sale prudentissimæ facundia temperat. Irretitos amabilis industria filo è fallacis culpæ Labyrintho educit. Dissolutiones conscientia suavi urbanitate Aulicæ cingulo constringit.

Insuper sermones ejus sunt efficaces, non enim in sola dictione sistit, sed cum opus progreditur: hinc olim mirabantur verba ex optimo ore procedentia (10) quia, cum esset Verbum Sapientissimum, in opus reduci, ac opus fieri voluit. (11) Ipsum præcessit, ut omnes illud sequerentur, etenim opus prædicatoris obedientia est auditoris. Sauciati peccatoris illicio Servator incredulum discipulum ad frugem reduxit; cessat enim obliuax de ore DEI contumacia, ubi tam ignita opera palpantur.

Author iste non solum sensus maximè reconditos, arduos, sanos ac solidos antiquorum Patrum, (12) sed etiam fructum Sanctorum Doctorum exquiri; sunt mera sententia subtiles ad corrigendos mores idoneæ. Quid ejus doctrina prodesset, nisi ad id, quod pluris est, animum intenderet? magnum salutis pignus est sapientia; atverò salus majus est sapientia testimonium.

Noluit Redemptor noster, ut lucernæ ardentes candelabris imponerentur, sed ut discipulorum manibus gestarentur (13) eo quod exempla practica in manibus existant, hinc voluit, ut proximo communicarent id quod lucet, sed ut ipsi prius manibus palparent id quod ardet. Authoris nostri lux illuminat, non adurit; ejus acumen non pungit, sed inflammat: ejus compositio non fastidium creat, sed ad venerationem movet: ejus gratia non adularur, sed instruit: vox ejus non terret, sed allicit: meri effectus operis undequaque perfectissimi.

Tanquam celestis Prædicator energiam non in verbis tantum, sed in exemplis ponit. Vita ejus continua, continua doctrina est. Humanorum vaginam commodorum abjecit, ut supernaturalium virtutum frameam stringeret.

Elias pallium suum in mundo reliquit (14) ut expeditior ad cælum fieret; & ille, de quo scribo, infularum splendorem reliquit, ut ejus alæ redderentur veloces. Jam jam videbitur Authori, me humilem illius offendere modestiam; Verum alij aliter sentient: non enim locus est adulationi, ubi vox & fama publica suffragatur.

Demique dictum opus est omni ex parte prudens, sapiens discretum, profundum, clarum, uniforme, fundamentale, verum, natum cum rebus, attentum, humanum, dulce, gratum, reverens, obsequiosum, elaboratum, medicinale, sanum, utile, grave, iustum, sanctum, perfectum, & solidum: qui proin fieri possit, quin Sanctæ fidei nostræ, ac bonis moribus consonum non sit? Atque his dixi sententiam, quam dicere jussit Dominus Licenciatus Alphonsus de Portillio & Cordos, Sacra Collegiata Ecclesiæ Talaverensis summus Cantor, nec non Civitatis Madritensis ejusdemque territorij Vicarius. Ita Sentio &c. Madriti è Conventu Sanctæ Mariæ de Victoria, 6. Id. Septembris 1690.

Fr. AUGUSTINUS de Ocanna.



LICENTIA ORDINARII

Nos Licenciatus Alphonsus de Portillio & Cordos, Ecclesiæ Collegiatae Talaverensis summus Cantor, Inquisitor Ordinarius nec non Civitatis hujus Madritensis, ejusdemque territorij Vicarius. Facultatem damus, ut, quantum ad nos pertinet, typis mandari possit Liber, cui titulus: *Christi Lyffrigen Seelen Weckers Mariale, das ist: allerhand Lob Reden von der Seeligsten Mutter Gottes Maria etc.* Composito à Domino Doctore Josepho de Barzia, & Zambrana, Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ Canonico, ac Regiæ Majestatis Concionatore &c. Cum è censura multum R, di P, M, F. Augustini de Ocanna, Ordinis Minorum S. Franciscæ